UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 33. Condæus Princeps motis castris in Normaniam cum suo exercitu secedens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

Sæcul. XVI. A. C. 1562.

§. XXXIII.

Condæus Princeps motis caſtris in Normaniam cum ſuo exercitu irrumpens.

Thu. & Daniel l. ..

Eo tempore in ſuo exercitu Condæus Princeps adhuc novem peditum, ac quatuor equitum millia recenſebat, errore autem de obſidenda Lutetia ſero tandem agnito omnes ferme munitiones incendi juſſit, unde ſimul mons tuber a Germanis, Arcolium a Joanne Roano Frontenæo incenſa ac paulo poſt Antonii pons eodem ferme momento ardere conſpiciebantur: ipſe autem Condæus Princeps primis Caſtris Palatiolum, & ſecundis Limoſium, voluptuariam Valentinæ Duciſſæ arcem pervenit, quam tamen a militari deprædatione integram ſervavit, ac demum tertiis caſtris ad S. Arnoldi oppidum contendit, ubi, cum ejus incolæ portas occluderent, Princeps mox facta vi urbem cepit, ac diripi juſſit, ſacerdotesque gravibus injuriis affecit, atque ibidem biduo ad reparandum tormentorum apparatum, ac reficiendum militem ſubſtitit: interea vero cum Regiæ copiæ Condæum Stampas uſque, quas Duracius cum duobus ſignis tuebatur, inſequerentur, hancque urbem nullo ferme negotio

negotio occupare poſſent. Ideo inter Belliduces conſultatum fuit, quibusdam cenſentibus, copias Carnutum eſſe ducendas: verum Condæus Princeps hoc oppidum valido præſidio munitum eſſe edoctus, necnon colloquiis, & induciarum protelationibus ſe deluſum indignatus in belli Senatu ita perorabat: „Hujus cunctationis beneficio Catholicorum exercitus indies augetur, ac „validioribus munitionibus ſeſe magis „formidandum reddit, opportunum igitur cenſeo, ut reſumpto priſtino con„ſilio Pariſina urbs totis viribus inva„deretur. „ Sæcul. XVI. A. C. 1562.

§. XXXIV.

Condæi conſilium de repetenda Pariſiorum obſidione a Colinio rejectum.

Hujus conſilii rationes Condæus ſequentes proferebat: „Abs dubio „ante Catholicorum adventum meas „copias Pariſinæ urbi admovere pote„ro, ubi a me aggeres, & ampliſſimæ „hujus civitatis ſuburbia utpote mili„te vacua primo impetu occupabuntur, „demum vero in ipſam etiam urbem a „nullo ferme ex Catholicis ingreſſus „intercludi poterit, eoquod Regio exer„citui opus foret ampliſſimo circuitu, *Thuan. l. 39. n. 1.*